

DON
IOANNIS DE
GONGORA E COLLEGIO
MAIORI ARCHIEPISCOPI, ET SAL-
MANTICAE IN ACADEMIA VOLVMI-
NIS CATHEDRAE IAM DIV
DOCTORIS,

DISCEPTATIO PERPOLITA, ET SINGU-
laris, licet impræmeditate apud Salmanticense
Theatrum in ore Magistrorum habita.

AD SALVIVM IVLIANVM LIB. 3. AD VR-
scium Ferocem in l. quidam 19. D. de manu-
missis testamento.

PRO OBTINENDA CÆSAREA VESPE-
rorum Cathedra, & eisdem verbis, quibus tunc
auditoribus dicta, nunc Typogra-
pho dictata.

GLARISSIMO VIRO DOMINO D. FRAN-
cisco Antonio de Alarcon, Militia Iacobeæ equi-
ti, Philippi Quarta à Sanctioribus
Senatus supremi, & Camera
Consilij. D.

Salmantica apud Didacum à Cossio.


CLARISSIMO, ET PRVDENTISSIMO
viro, integerrimoq; D.D. Francisco Antonio
de Alarcon, Militiæ Jacobæ equiti, Philippi
Quarti à sanctioribus supremi Senatus,
& Camere Consilij vigi-
lantissimo.

D. Ioannes de Gongora S.

RETARDANTE me verucundia, He-
ros inclytissime, ob munusculi bre-
bitatem, ne penitus verecundaret,
excitavit spes de singularitate dis-
ceptationis: licet namque operis e-
xigua sit moles, sed nisi plurimum decipimur,
nova, & inusitata lucubratio. Sufficit istud vnū
in plenum valorem; nam cum Phœnicem Ter-
tullianus ex nativitate, ex colore, ex senectute cō-
mendare potuerit, maluit dicere *ex singularitate
famosum*; singularitate etiam pusilla grandescunt.
Quod si his insuper tua, nobilissime Sena-
tor, accedat authoritas, magnis se æquare volu-
minibus noster continuo audebit labor. Quid
eum ad studiorū gloriā tuo honestius patrocini-
o, qui Iuris vtriusq; ipsa medulla, ipsa anima
es, ut taceā peregrinorum disciplinarum insigni-
tiam? Quam obrem post Pincianū, Gra-

laris igitur, & subtilis hæc iuris nostri disceptatio in publi-
cum prodeat, quandoquidem Doctorem oculis, omnium-
que ætatem luce valde dignam censeam, nec paruo Hispa-
niæ nostræ ornamento cedere, exterisque iuris interpreti-
bus invidiam parare dubio procul spondeam. Præsertim
cum in ea nihil, quod vel Christianis moribus, vel fidei re-
pugnat, inueniam. Ita ex animi mei sententia sentio. Sal-
manticæ ex Museo nostro i. Ianuarij Die anno Christi
M.DC.XXXVI.

*D. Ferdinandus Arias
de Mesa, I.C.*



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



NOVVM,

ET SINGV-
LARE ORNAMEN-

TVM SALVij IVLIANI EX
LIB. 3. AD VRSEIVM FEROCEM
IN L. QVIDAM 19. D. DE MANVMIS.

sis testamento, vno die excogitatum, &
vna hora dictum in ore Salmanticen-
sium auditorum; in bellitatione
Caesareæ Vespertinae Ca-
thedrae.



NEBROSA caligine opacata antiquitas,
Hecatombis holocaustomatis propitiato
numine, confidenter obuia ibat periculis,
aut Martis seui, aut infidi Oceani: intrepidi
da se se in medias hostium Phalanges conijciebat implora-
to Ioue. Quanto igitur æquius, ac firmitus hanc certaminis
litterarij sæuitiæ vobis conspectis despiciam, auditores cla-
rissimi, quos ex affectu exoro, & ex gratitudine imploro?

B Non

Quidam heredem suum rogaverat, ut servum manumitteret; deinde si heres eum non manumissit, liberum esse iusserat, eique legaverat. Heres eum manumissit. Plerique existimant hunc ex testamento libertatem consequi, secundum hoc legatum quoque ei debetur. Difficilima sane, & quæ in auditam continere videntur sententiam, tamquam omnibus iuris elementis huc pertinentibus oppositam, & quæ vix ullam aliam in civili Pandectarum corpore similem habere possit, ut merito in admirationem plerisque etiam eruditissimos viros rapuerit, qua spe hoc iuris laberintho nos implicuerimus, cum hanc Iuris prudentiæ partem explicandam elegimus, præsertim cum tam antiquiores omnes, quam recentiores, etiam pollitioris notæ interpretes eam sicco pedè pertrāsierint, duobus tantum demptis Alberico, & Cuiacio, quorum ille octo tantum lineas in præsentis conscripserit, alter verò lib. 3. Salvij Iuliani ad Ulpium Foroc. ad nostrum textum septem solas de lineavit & ex illis neutrum veritatis scopum tetigisse apperebit, quare tota hæc nostra disceptatio sine ullo duce, qui demonstret iter, erit peragenda, & ex proprio penu via præmunienda.

Ut igitur in limine appareat, quam dissona sit à iuris regulis Salvij Iuliani sententia, à nobis statim expendenda est. Testator heredem suum rogavit, ut servum manumitteret (quod de servo proprio, non verò heredis accipio contra Alber. in præsentis extraditis à Don. lib. 8. cōmen. cap. 6. vbi Ossual. lit. E), & si non manumissit, eidem servo libertatem directam, & simul legatum reliquit; servum heres manumissit, testatorique parvie; in hac specie duo præcipue dubitata fuerunt: primum an servus iste videatur accepisse libertatem fideicommissariam, tamquam ex manumissione heredis testantis iussum exequentis liber factus; an vero libertatem directam consecutus fuisset ex domini testamento, ita ut non heredis, sed testatoris libertus,